Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Stetit angelus iuxta aram hab̃ens thimiamiterium aureum in manu
sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatũ
de spiritu sancto alla Hostias t̃ dñe laudis offerimus
supplices deprecantes ut eadem angelico pro nobis
interveniente suffragio et placatus accipias et
ad salutem nram proficere concedas Per dñm
Benedicat dñs ds angelis suis dñs ihesus christus et sup eis al
tare suum in secula Oremus Beate michaelis archan
geli cum intercessione suffulti supplices te dñe deprecamur ut que gestu corporeo peragimus contemplamur mente Oremus Suppliciter
tua multiplia deprecantes clementiam tuam ut
archangelorum tuorum nobis fiant suffragio salutaria quorum celebramus honore Per
Dedicatio
Terribilis est locus iste hic domus dñi et porta celi
et vocabitur aula dei Per Quam dilecta tabernacula tua
dñe virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria dñi Alla
Deus qui nobis per singulos annos Oratio
hymnus sancti templi cum consecrationis re
petitis diem et sacris semper mysteriis representas
nos iuniores exaudi preces populi tui et pia ut quisquis
hoc templum beneficia petitis ingredit cuncta
se impetrasse letetur Lectio apocalipsis beati iohannis apostoli
Vidi civitatem sanctam novam hierusalem descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam
viro suo Et audivi vocem magnam de throno
dicentem Ecce tabernaculum dei cum hominibus
et habitabit cum eis Et ipsi populus eius erunt et ipse
deus cum eis erit deus Et absterget deus omnem
lacrimam ab oculis eorum et mors ultra non erit